

The Electronic *Manipulus florum*  
[www.manipulusflorum.com](http://www.manipulusflorum.com)

Conuersio f  
cum fonte primo

Queramus lapidem quo percuciatur  
incredulus  
et percussus quassetur, quassatus comminuatur,  
comminutus in puluerem conuertatur,  
conuersus in puluerem compluatur,  
complutus seratur, seratus faciat fructum,  
non quod igni consumatur,  
sed quod horreo recondatur.

Augustinus contra quinque hereses.

Quaeramus ergo lapidem quo percutiatur,  
ut percussus quassetur, quassatus comminuatur,  
comminutus in puluerem conuertatur,  
conuersus in puluerem compluatur,  
complutus seratur, satus fiat fructum,  
non qui igne consumatur,  
sed qui horreo recondatur.

Quod uult deus, *Aduersus quinque haereses*, 3.3  
(CCSL 60, R. Braun ed., p.265, ll.11-15).